



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 43. Ludovicus Guilielmus Moncada Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. nibus præclara Ecclesiæ obsequia præstitit: Mortuo præfato Pontifice a Cardinale Imperiali, aliisque Chigiana familiae addictis in summum Pontificem expetebatur, a Gallis tamen præpeditus. Obiit Romæ die vigesima septima Augusti anno ætatis suæ sexagesimo quarto.

§. XLIII.

Ludovicus Guilielmus Moncada Cardinalis mortuus.

*Eggs l. c.
pag. 605.*

Tandem etiam pari fato sublatus est Ludovicus Guilielmus Moncada de Arragonia, qui Antonio Patre suo societatem ingressus, ejusque Matre Catharina inter Carmelitas Discalceatas sub nomine Theresiæ a Spiritu sancto professa, vix decimum quintum ætatis suæ annum ingressus, paternarum ditionum possessionem adire compulsus est, quocirca Ducis Alcalæ filiam in matrimonium accepit, qua tamen sine filiis præmorta, secundas nuptias cum Catharina de Moncada celebravit, atque a Philippo IV. Hispaniarum Rege Siciliæ, Sardinia, & Valentia Prorex, necnon Regii stabuli Præfectus, pluribusque honorum titulis auctus, ad Cæsarem Legatus decernebatur: Interim vero, dum Viennæ hac legatione

tione fungeretur, denuo uxore sua Sæc. XVII.
 orbatus, militiæ sacræ Madriti nomen A. C. 1676.
 dedit, ab Alexandro VII. Papa absens
 Purpuratorum Albo infertus: Tum
 vero totum se virtutum exercitiis dica-
 bat, atque ob pietatem in Deum, fi-
 delitatem in Regem, clementiam in
 subditos, humanitatem in externos, mu-
 nificentiam in amicos, & liberalitatem
 erga pauperes omnium admirationem
 sibi conciliabat. Ineunte autem hoc
 anno Madriti obiit expleto anno æta-
 tis sexagesimo secundo.

§. XLIV.

*Innocentii XI. summi Pontificis Con-
 stitutiones.*

Inter varias, quas Innocentius XI. hoc Bull. magn.
 anno promulgavit, Constitutiones Const. In-
 celeberrima, magnæque contentioni noc. XI.
 obnoxia erat illa, qua, uti memoravi- pag. 1.
 mus, die decima quinta Januarii, nec Abregé de
 Cardinales, aut Legatos a latere, nec Hist. Eccl.
 Duces aut Principes, Papæ Nepotes, t. 3. p. 480.
 aut affines vel alios quoscunque dein-
 cepts a vestigalibus, oneribusque pu-
 blicis exemptos fore declaravit, eo quod
 ejusmodi exemptionibus ærarium im-
 minuatur, & non exempti plus æquo
 graventur: cum autem a quibusdam
 iniquitatis filiis pixidem sacram cum
Hist. Eccles. Tom. LXIV. **I** **Ho-**